

cuique attinet. Verum quidem est in hominibus nostris moribus atque institutis educatis et exemplum optime quadrat.¹⁸ *Sicuti in ministeriis multi ministri aliquando peius serviunt, quam pauci, gig- nuntur autem cuique civium mille filii.* Et hi, non uti cuiusque singuli
5 *sed fortuito hic illius filius similiter est.* Verum non est in Platonis Republica: ὥστε πάντες ὀλιγωροῦσιν^{vi}, itaque omnes similiter negligunt. In qua non solum nomina, sed opera etiam patres partum praestabunt, filii filiorum, fratres fratum, ait namque Plato:¹⁹ [352] *Numquid ipsis nomina solum propria lege statuis, vel etiam*
10 *actiones omnes secundum nomina agere. Circa patres vero, quaecunque lex de patribus, de verecundia ac diligentia cura statuit et quod obediens sit genitoribus.* In qua ita instituta civitate multorum ministrorum exemplum locum <non>^{vii} habet. Sed hoc aliud.²⁰ *Veluti quando cui nostrum digitus sit percussus, omnis communio corporis ad animam directa in unum ordinem eius partis, quae in eo est princeps, sensit et tota simul condoluit parte tantum laborante.*

Neque in eo quod subdit:²¹ *Praeterea ita quisque civium dicit, meus est, eum qui bene agit potius quam eum qui male, meus quam illius cuiusdam, loco non habet illud ἢ τοῦ δεῖνος vel illius cuiusdam nemo enim dicet τοῦ δεῖνος, illius. Sed omnes meus.* Neque est in

¹⁸ ὥσπερ ἐν ταῖς {οἰκετικαῖς} διακονίαις οἱ πολλοὶ θεράποντες ἐνίστηται χεῖρον ὑπηρετοῦσι τῶν ἐλαττόνων. γίνονται δ' ἐκάστῳ χίλιοι τῶν πολιτῶν νύοι, καὶ οὗτοι οὐχ ὡς ἐκάστου, ἀλλὰ τοῦ τυχόντος ὁ τυχών όμοιώς ἔστιν νιός· [ARIST. Pol. 1261b.36 – 40]

¹⁹ πότερον αὐτοῖς τὰ ὄνόματα μόνον οἰκεῖα νομοθετήσεις, ἢ καὶ τὰς πράξεις πάσας κατὰ τὰ ὄνόματα πράττειν, περὶ τε [δὲ] τοὺς πατέρας, ὅσα νόμος περὶ πατέρας αἰδοῦς τε πέρι καὶ κηδεμονίας καὶ τοῦ ὑπίκοον δεῖν εἴναι τῶν γονέων. [PLATO, R. 463.c.9 – d.3]

²⁰ οἶον ὅταν που ήμῶν δάκτυλός του πληγῇ, πᾶσα ἡ κοινωνία ἡ κατὰ τὸ σῶμα πρός τὴν ψυχὴν τεταμένη εἰς μίαν σύνταξιν τὴν τοῦ ἀρχοντος ἐν αὐτῇ ἡσθετό τε καὶ πᾶσα ἄμα ξυνήλγησε μέρους πονήσαντος ὅλη. [PLATO, R. 462.c.10 – d.2]

²¹ ἔτι οὕτως ἔκαστος ἐμὸς λέγει τὸν εὖ πράττοντα τῶν πολιτῶν ἢ κακῶς, {όπόστος τυγχάνει τὸν ἀριθμὸν ὄν}, οἶον ἐμὸς ἢ τοῦ δεῖνος. [ARIST. Pol. 1262a.1 – 3]

^{vi} ARIST. Pol. 1261b.40

^{vii} Iz konteksta se vidi da rečenica mora biti niječna.